



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

13 de Fine præcipuo cessionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

centetur ex cessione bonorum contra fideiussores via, videlicet iam satis superque ex illa cessione dissiiso principali debitor, postquam tantum ad fideiussores ordo iuris accedere permittit, *authen. presente. de fideiuss. C. §. si quis igitur. Et §. non solum. eo. in authenticis* Accedit & alia ratio, quod finis fideiussionis hic sit, vt creditor sibi prospiciat, vt cum debitor facultatibus lapsus fuerit, possit ab iis quos pro eo obligauit suum consequi, *§. 1. de fideiuss. §. si de replicatio*. Item quia fideiussor non tam ex contractu principalis debitoris, quantum ex suo proprio, videlicet ex sua fideiussione conuenitur, *l. blanditus. C. de fideiuss.* Et postremo, quamuis creditor sit missus in possessionem bonorum sui debitoris, nihilominus potest ultra eumprehendere, & personam in carcere detinere: vnaque via electa alteri, sibi non præiudicat, vt notat Angelus in *d. §. num. 13. ex Bartolo in l. consentaneam quomodo Et quan. ind. C. & Baldo in l. 2. de resti. minor. C.* Receptum etiam est, exceptiones quæ coherent personæ debitoris contra creditores, non communicari fideiussoribus, *vt in l. 3. C. de exceptio. l. exceptio. que persona. eod. vt in fideiussore minorum liquet, in l. in cause. de minor. in P. & in reis damnatis, quorum bona fisco sunt delata, l. 1. C. de fideiuss. si illi habeant privilegium, ne ultra quam facere possint damnentur, vel conueniantur, l. verum, §. 1. pro socio l. alia. §. eleganter. sol. mar. P.* quæntis contra exceptiones quæ rei vel debito adherent, communes sunt fideiussori cum debitor, vt pacti conuenti, rei iudicatæ & similes, *l. de fideiuss. C. de except. l. omnes. eod. tit. P. Lex persona. §. 3. de fideiuss. P. §. exceptiones. de replica. l. si. de pact. P. l. notatione. de nouatio. C. l. cum principalis. de reg. iur.*

De fine præcipuo cessionis. Cap. 13.

- 1 Cessionis finis liberare debitores a molestis creditorum, non a debito.
- 2 Bancarotario cessione debiti pro parte facta, num repeti possit eo facto diuino.

Inis præcipuus, ob quem conceditur beneficium hoc cessionis, est liberare a carcere debitorem, & ab aliis iniuriis creditorum: non autem liberare a debito, *l. 1. C. l. cum Et filisfamilias, 7. qui bon. ced. poss. C.* Quare interim suspenditur actio, donec ad pinguiorem fortunam venerit debitor: & eatenus in posterum conuenitur, in quantum facere potest, *§. si. de actio. vt cesso non impediatur substantiam obligationis, sed effectum, durante inopia, vt in l. ex diuerso. sol. mar. in P.* Nec probe mihi sentire videntur, qui dicunt bonis cedentem liberari a ciuili obligatione, *ita gl. in l. vbiunque, de fideiuss. non a naturali: verum enim non est liberaria ciuili, siquidem si hoc admitteremus, sequeretur, post cessionem nullo modo debitorem ditioorem factum conueniri posse: quia actio semel extincta reuiuiscere non potest, l. qui res, §. aream. de solut. l. si vnus, §. pactus ne poteret. de pactis, P.* nec liberatus conueniri potest ex naturali sola obligatione, *l. frater a fratre, de cond. ind. l. Sychum, §. naturalis, de solut. P. Et hanc questionem tractat Iafin in §. si. de act. num. 2. Bal. Et Salic. in l. 1. qui bon. ced. poss. Ang. Imola, Cum. in l. vbiunque, de fideiuss. Bal. in §. si. de act. ap. Iust. Proinde, cesso bonorum non respicit cessionem sententiæ, qua damnatus est debitor, neque tollit obligationem, sed moderatur & suspendit vtriusque executionem, *d. l. ex diuerso. sol. mar. potissimum. cum beneficia principum concessa intelligantur, quantum fieri possit, sine alterius saltem omnimoda iactura, l. 2. §. nemo. Et si quis a principe, ne quid in loc. pub. P. l. si contra sus vel vti. publ. alioquin debitor perueniens ad secundam fortunam & prosperam, fieret ditior, contra naturæ leges, l. nam hoc natura, de cond. ind. P. a iure natura de reg. iur. P. c. locupletari. eo. in Sex. cum alterius damno. Sed & receptum est in iure, remissionem pensionis factam conductori propter sterilitatem extinguere, & pensionem reparari tempore adueniente fertilitatis, *l. si vno ann. loca. in P.* ita exceptio hæc cessionis temporalis contra creditores est, vt agere vel conueniri non possint debitores, quandiu in eadem remanserint paupertate, & ne conueniantur ultra quam facere possint: & ita iura quæ de hac exceptione loquuntur, *vt l. ex contra. de bon. aucto. iudic. poss. C. l. item si vnus. 19. de receptis arbi. li. 4. P. tit. 8.* intelligi debent, id est, deducto ne egeant, *l. in condemnatione 12. 4. de reg. iur. in P.* Sed inuitis mea sententia, hic non erit ea inquisitio casus quotidiani: quia solent creditores fugacibus istis & ingratis debitoribus qui bonis & foro cessant, modico accepto ferre: num si illi debitores ad pinguiorem fortunam peruenierint, possint integrum debitum & remissum repetere. Et paucis hic moneo, & verba remissionis, & quod ge-**

stum est inspicere, *l. si ita stipulatus 12. 6. §. Ch. yfogenus, in fi. Et l. si. Et l. si ita stipulatus sit, de verb. oblig. P. si fideiuss. magis fratrum, de fideiuss. P.* an dolo debitoris impulsus remiserit, dicendo se non habere unde solueret integrum, & partem se soluturum, si partem remitteret: & tunc remissum repeti potest, *l. si in ira, de pact. P.* vt propter turpem causam acceptum, nempe vt faceret, ad quod alioquin iure teneretur, *l. 2. §. 1. de cond. ob turp. caus. dic. l. si in ira, in fi. Et hoc ita notat Alex. ab Imol. Et Iafin l. si. de cond. ob turp. caus. Et quia sponte alius creditor esset facturus, nec remissurus, *vide gl. in Lapud Celsum, iuncto tex. in prin. de dol. mal. excep. P.* Sic Nicolaus Boerius *deci. 215. nu. 8.* ex auctoritate & sententia Lupi in *reper. rubr. de dona. in antiq. nu. 15.* tradit decoctores bonorum, qui bonis & foro cessant, quos vocant *banquerotiers*, & pactum huiusmodi cum creditoribus fecerint, medietatis vel portionis lucranda debiti, parte alia soluta, non habere exceptionem pacti, sed si soluendo sint, ad integri debiti solutionem teneri, ad fraudem horum hominum spectandam. At si creditores miseri debitorum, partem debiti accipiendo, reliquum dimiserint, suffundenda erit hæc spontanea & pia remissio, & si petant remissum, exceptione submouebitur pacti, *l. si intra illis die, 42. de pact. in P.**

De Ratione inducendi beneficium cessionis. Cap. 14.

- 1 Cessionis bonorum beneficium inducendi causa, Et auctor.
- 2 Paupertatis miseria cessionis bonorum beneficium inuenit.
- 3 Cessione bonorum seu alienatio debiti Solonis.
- 4 Debitorum corpora pro debitis non capienda. Bocchoris legislator Aegyptiorum. eod.

Si causa impulsuæ querantur, cur hoc beneficium cessionis fuerit introductum, plures adferre possemus: verum tamen aliquot contenti erimus. Iulius ipse Cæsar, ad quem huius ordo refertur, *in l. legis Iulia. 4. C. qui bonis ced. poss. vnam* ponit his verbis, Dictatore habente comitia Cæsare, consules creantur Iulius Cæsar, & P. Seruilius. is enim erat annus, quo per leges ei consule fieri liceret. His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecunie soluerentur, constituit vt arbitri darentur, per eos fierent æstimationes possessionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuissent, atque ea creditoribus transferantur. Hæc & ad timorem nouarum tabularum tollendum, minuendumque, qui fere bella & ciuiles dissensionem sequi consuevit, & ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit, *Inthus Cæsar in initio 3. belli Gallici.* Hoc ipsum fere eodem modo notauit Suetonius Tranquillus, *in Iulio Cæsare, c. 42.* Alia ratio, ob quam beneficium hoc aliis prouincialibus quam ciuibus Romanis communicatum est, inopia ipsa, cuius misereri oportet, vt etiam Cæsares dicant in gratiam egenorum condi possit, & conditas emendati leges, *§. de non eligend. sec. nubent. in Auth. colla. 1. L. si datus, qui prior. in pig. hab. potissimum cum inanis sit actio quam inopia creditoris excludit, l. nam is, de dol. in P. ca. olim. de restitu. spol. Expreffit paucis Martialis li. 2. Epigram. epigra. 3.*

Sexte nihil debes, nil debes Sexte fatemur:

Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.

Huius generis est cessor bonorum, cui omnia bona adiunguntur, vt obseruauimus antea, per cessionem, vt ne quicquam & temere postea detineatur carcere pro reliquo soluendo, cum unde soluat non habeat. Nemo enim dare potest quod non habet, *l. si vnuerse. C. de lega. l. itaque fullo. de furtis. in P. ca. Daiberum. i. g. 7.* Et qui ex integro soluere non potest, soluendo non dicitur esse, *l. soluendo, de ver. sig. P. §. nulloni. de obli. que ex delicti nascuntur.* Satis enim est, inquit Cicero, homines imprudentia lapsos non erigere: vt gere vero iacentes, aut præcipitantes impellerent. certe est inhumanum, *Cicero pro Rabirio Postho.* Et præfes prouinciarum, si multam quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum quibus indixit, reddigi non posse deprehenderit, ob necessitatem debet moderari, reprehensive exactorum illicita auaritia, *l. licitias, §. præfes. de offi. præsid. in P. l. si. de modo multan. li. i. C. tit. 54.* Deinde inops confessus debitum cedens, a iudicio videtur exemptus, & a custodia iudiciali. Ea enim ratione quod quis cedat confessus est debitum, *in l. pen. Et si. de cesso. bonorum, P.* & perinde ac condemnatus, nulla que alia in confessum partes superfluit iudicis, *l. quidam. de reb. cred. gl. in c. dudum. 2. in verbo dicenda. de electio.* Ea autem ratione quod is inops sit, sententia ob inopiam in eum dicta inutilis remanet, *l. qui ex parte, de inuer. actio. in P.* in eo in quo cogeretur reddere vel præstare amplius quam non possit, & iubeatur: tuæ enim impossibile iudicis præceptum videtur.